

Mansuetudo est virtus, <sup>g<sup>h</sup></sup>quae moderatur iram et multas iniurias condonat tranquillitati publicae.<sup>h</sup> Aequitas seu ἐπιείκεια est probabilis mitigatio summi iuris in aliqua circumstantia, praesertim in eo casu, de quo non loquitur lex principaliter.

Inter priuatos vero aequitas nominatur etiam lenitas illa, quae versatur in tolerandis aliorum infirmitatibus et in tegendis erratis, imo etiam in sanandis manifestis delictis ante contumaciam.<sup>g</sup>

Misericordia est affici sensu alienae calamitatis, praesertim iniustae et opitulari iniuste operibus pro vocatione aut probabili ratione mitigare iustum calamitatem. Amicitia est virtus pro vera benevolentia reddens veram benevolentiam et praestans mutua quaedam officia pro modo facultatum liberali pectore virtutis causa.<sup>i</sup>

10

[29:] <sup>j</sup>Humanitas est copulatio multarum virtutum secundae tabulae, videlicet iusticiae, mansuetudinis, aequitatis, beneficentiae, comitatis et aliarum, in quibus summa est suauitas ac moderatio.<sup>j</sup>

Clementia est benefacere bonis eosque discernere a malis et moderari poenas illorum, qui sunt sanabiles.

15

Zelus est ardens amor iustitiae et aliarum virtutum et indignatio ardens aduersus omnem turpitudinem et scelera.

Studium concordiae est iustitia diligenter cauens, ne pugnet de vlla re non valde necessaria, ne ecclesia distrabatur aut turbetur inuocatio et sequantur bella et vastationes.

<sup>g-h</sup> quae mitigat seueram iustitiam aut puniendo lenius aut tolerando in alijs infirmitates, quas leges non puniunt, et ambigue facta in meliorem partem flectendo et arcana delicta tegendo denique et sanando aliqua errata ante contumaciam.: A.

<sup>h-h</sup> quae mitigat seueram iustitiam aut puniendo lenius aut tolerando in alijs infirmitates, quas leges non puniunt, et ambigue facta in meliorem partem flectendo et arcana delicta tegendo denique et sanando aliqua errata ante contumaciam.: B, E.

<sup>i</sup> amore: F, G.

<sup>j-j</sup> nicht in A.